Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

cum Clericorum incõmodo extra forum eccleſiaſticum trahi poſſunt *gloſ. in cap. indicatum 89. diſtinct. Pelin. in capit. 2. numer. 2. verſ. tene iſtam concluſionem de for. compet. Oldrad. conſ. 11. Lucas à Penna in Rubr. de Apparit. Præf. Vrb. nu. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 562. Dian. par. 3. tr. 1. reſ. 47. verſ. non deſunt, vbi citat Squillant. de Priuil. cler. cap. 7. dub. 2. n. 57. Carol. de Graſſ. de effect. cler. eff. 1. num. 150. & alios*: nec diſſentit Abb. *in cap. 2. num. 6. de for. comp. Theſaur. d. dec. 22. num. 7. verſ. fallit quarto: quibus adde Surd. cõſ. 304. num. 11. & 12. lib. 3.* vbi dicit, quod laicus Iudex non poteſt colonos, & conductores eccleſiæ criminaliter vexare, quando ſine eis eccleſia non gauderet rebus ſuis, nec frui poſſet ſuo priuilegio, *& hanc ſententiam tenet etiam Gratian. diſcept. 340. num. 4. 5. & 15.* atque ità cõciliari poſſunt ſupradictæ opiniones contrariæ.

SVMMARIVM.

1 *Munera ciuilia alia ſunt patrimonialia, vel realia, alia perſonalia, alia mixta.*
2 *Quando Clerici teneãtur ad onera realia.*
3 *An Clerici teneantur ad ſoluenda tributa.*
4 *Et an teneãtur ad decimas prædiales.*
5 *Clerici non tenentur ad onera ex aliqua neceſſitate impoſita, & illa in totum, vel ex parte ceſſante remouenda, vel minuenda.*
6 *Quoad Immunitatis priuilegium eodem iure cenſeri debent bona clericorum, & eccleſiæ.*
7 *Eadem immunitate gaudent bona Clerico ab extraneo donata, vt ad ſacros ordines promoueri poſſet.*
8 *Clerici à mũneribus perſonalibus ſunt exempti.*
Quæ dicantur munera perſonalia, ibidem.
9 *Clerici non tenentur ad onera mixta.*
10 *Clerici non tenentur ad Collectas.*
11 *Forenſes neque ad onera perſonalia, neque ad mixta tenentur, niſi adſit conſuetudo in contrarium.*
12 *Mutata perſona mutatur conditio rei.*
13 *Bartoli cautela reprobatur.*
14 *Portio collectarum, quæ pro bonis in eccleſiaſticos translatis erat ſoluenda, accreſcit cæteris in eodem loco æſtimatis.*
15 *Quid ſi immunitas non de iure, ſed priuilegio Principis, vel cõſuetudine alicui competat.*
16 *Quam pœnam incurrat imponens Clericis collectas, vel eas exigens.*
17 *Etiam Clerici in minoribus, vel prima tonſura initiati gaudent hac exemptione.*
18 *Quid ſi non habeant requiſita Concilij Tridentini, vel ſi habitum aſſumpſerint in fraudem collectarum.*
19 *Eodem priuilegio fruuntur Re-*

gulares etiam Nouitij, equites
Hyeroſolimitani, ac S. Iacobi,
Calatrauæ, & aliæ perſonæ eccle-
ſiaſticæ, ac Deo dicatæ.
20 *An clericus coniugatus ſit exē-*
ptus á collectis, & gabellis.
21 *An clericus, cui legata, vel ven-*
dita fuit res, cum onere ſoluendi
collectas, teneatur illas ſoluere.
22 *Quid ſi Princeps imponat colle-*
ctam Vaſſallis ſuis pro feudis, &
locis, quæ ab eo tenent.
23 *An Clericus ſuccedens in bonis*
huiuſmodi onere affectis, tenea-
tur ſoluere collectas præteritas.
24 *Clerici regulariter non tenentur*
contribuere in expenſis, quæ fiūt
in refectione murorum Ciuita-
tis, viarum, & pontium: li-
mitatur num. 25. 26. 27. 28. 29
& 30.
31 *An Clerici teneantur reficere viā*
ante domus ſuas.
32 *Item an teneantur ſoluere mer-*
cedem ſaltuario, vel medico.
33 *Clerici mittentes animalia ad*
paſcua communitatis cogi poſ-
ſunt ad ſoluendam mercedem.
34 *Clerici tenentur pro damno dato*
ab eorum animalibus.
Quando paſcua ſunt communia
35 *ciuibus, non poteſt vniuerſitas*
prohibere, ne clericorum anima-
lia ibi paſcantur.
Clerici non tenētur ad militum
36 *hoſpitationem, neque ad gabel-*
las, & alia onera.
An hæc immunitas extendatur
37 *ad Clerici familiam.*
Fratres, inter quos eſt Clericus,
38 *habentes patrimonium indiui-*
ſum, an teneātur ſoluere col-
lectam.
39 *Si laicus habeat rem commun͂e*
cum eccleſia, non erit locus præ-
ſcriptioni, niſi tantum temporis
effluxerit, quantum requiritur
ad rem eccleſiæ præſcribendam.
40 *Iudex eccleſiaſticus poteſt cogere*
fratres Clerici ad diuidendum
bona.
42 *An familia clerici, eo abſente,*
gaudere debeat immunitate à
collectis, & gabellis.
42 *Quando emergit aliquod dubiū*
circa priuilegium clericorum,
recurrendum eſt ſemper ad Iu-
dicem eccleſiaſticum.

CAP. V.

An Clerici exempti ſint a muneribus ciuilibus, ſeu publicis.

1 MVnerum ciuilium triplex eſt diuiſio, quædam enim patrimonialia, ſeu realia dicuntur, quędam perſonalia ſunt, alia mixta, *vt in l. vlt. ff. de muner. & honor.* realia dicuntur, quę ipſis fundis infixa ſunt: perſonalia, quæ præſtantur à perſona propter perſonam: mixta verò ea ſunt, quæ debentur à perſona propter rem *Bald. in l. omnes nu. 4. & 5. C. ſin. cenſ. vel. reliq. &c.* His pręmiſſis.

2 Dico 1. clericos teneri ad onera realia, dummodò ſint certa, perpetua, & inuariabilia, ac bonis propter bona, non autē propter perſonas impoſita, *ità Abb. in cap. ex literis num. 12. de Vit. & hon. Cleric. Ferrett. conſ. 367. nu. 11.*

Eue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN